

Non eſſe diſpenſatū circa illud.

firmant aliqui apud P. Aegidium ab illa circa hoc fuiſſe diſpenſatū, quali aliqua lex fuerit, quę vnā aliquam ballami ſpeciem ſtatuere adhibendam; niſi quatenus vltus pro lege haberi poſſet, & nullo alio ballami genus, quod abſolute dici tale poſſet, occurreret. Et ita P. Suarez ſupra, ſic ait: In rigore tamen exiſtimo id potuiſſe fieri etiam ſine facultate Pontificis; maxime ſi alterius ballami copia non erat, quia illa erat materia ſufficienter certa moraliter loquendo. Sic ille. Vnde ſi ballamum aliud in Indiis inueniatur ab eo diuerſum, quod modo in vſu eſt, illius vſus omnino erit licitus: quia Pontifex non aliter de ballamo poteſt iudicare, niſi peritorum conſilium adhibendo: ſi ergo in alijs partibus periti huiusmodi ſint, nihil videtur vltius requirendum; ſicut neque circa oleum, triticum, & vinum.

De priuilegijs circa vſum Chriſmatis vltra annum.

215 Quia vero Chriſma vltra annum ſeruare nequit ob Ecceſiaſticam legem id ſtrictę prohibentem, videndum tertio an circa hoc extet aliquod priuilegium, ſicut eſt circa Oleum ſacrum, de quo inſeruiſ. Et eſt illud teſtatur. Fr. Emmanuel Tomo 1. q. 9. regul. 9. 31. artic. 5. & ex eo P. Quintanad. Tomo 2. Tractat. 6. ſingulari 16. num. 4. ex Bulla inquam Leonis X. de qua num. 209. in eā enim ſic ait: Nec non vti Oleo ſancto, & Chriſmate antiquis vſque ad tres annos: cum eiſdem partibus nouum oleum & ballamum ſine difficultate magna haberi non poſſint, liberę & licite valeant. Sic illa. Verum cum conſilio iſta perſonalis fuerit, vim iam non habet, vt vidimus num. citato. Sicut neque conſilio Gregorij XIII. qui ad quatuor annos vſum extendit: quia temporalis fuit, vt ex Compendio conſtat. Verb. Oleum ſanctum. Habetur tamen ex Bulla Innocentij X. pro Societate, cuius nunc tempus excurrit, eiſdem quibus in compendio, verbis. Licet autem de oleis ſanctis loquatur, eo nomine Chriſma etiam indubitanter accipiendum, quia oleum reuera eſt, & ad Baptiſmi ſolemnitatem neceſſarium: & ita in Pontificali Romano ſacrorum oleorum nomine comprehenſum. Et Patres olei nomine illud ſoliti designare, vt obſeruat P. Aegidius ſupra, num. 39. & ante eum P. Suarez diſput. 33. ſect. 1. Ad ſecundum. Quia verō de Episcopis pro Confirmatione tale priuilegium non procedit, videndum quid circa illos dici debeat.

Ex Bulla Leonis X. nihil haberi.

Vide tamen infra n. 385.

Bene tamē ex Bulla Innocentij X. apud quam olei nomine designatum ſicut apud Patres.

Priuilij verba, & difficultas circa illa, circa vſum Episcoporum.

216 Et priuilegium quidem ſolam Episcoporum diſtantiam pro ratione conſeſſionis adducit, dum ſic habet: Partibus & locis, à quibus valde remoti ſunt Episcopos, oleis ſanctis per duos, vel tres, aut quatuor annos ante conſecratis, liberę vti poſſint. Vbi videtur ſupponi apud Episcopos ipſos non poſſe defectum talem occurrere, & ita neque apud eos, qui valde remoti ab ipſis non fuerint. Sed certę apud Episcopos ipſos poteſt defectus accidere; ſi videlicet olei, aut quod non ita rerum eſſe poteſt, ballami copia deſit. Quo euentu poterunt illi oleis poſt annum conſecrationis vti toto eo tempore, quo illa fuerint incorrupta. Circa quod P. Suarez ſupra, s. Idemque ſtatuitur, incorruptionis tradit iudicia, quamdiu ſcilicet fragrantiam aut odorem ballami retinet: nam ſi hanc omnino amiſerit, aut omnino nulla, aut valde quidem dubia materia erit; corruptione induta ſaltem quoad mixtionem ex oleo & ballamo. Vnde veteri Chriſmate vtentes in Indiis, erga

hoc debent attentionem acuire: ob idque D. Fabianus Pontifex Epif. 2. ad Episcopos Orientales iuſſit Chriſma quotannis renouari; licet alia etiam myſtica cauſa assignari poſſint, cur Feſta 5. in Cœnā Domini talis fieri renouatio debeat. Cum enim periculum ſit ne ballamum ſuas amiſerit qualitates, renouationi eſt assignatus dies, in quo iuxta valde receptam ſententiam hoc eſt inſtitutum Sacramentum.

217 Et ex hoc forſan alicui videbitur Pontificiam conſeſſionem in Indiis locum habere non poſſe defectu materię, quia non videtur credibile, vt mixtio dicta penitus incorrupta quoad ballamum per ſpatium adeo longum conſeruetur. Nihilominus ſtatendum locum habere poſſe, quia in locis aliquibus accommodata conſeruationi poteſt eſſe temperies: ſub qua ſuppoſitione conſeſſio dicta procedit; quod, vt dixi, attentę diſpicendum. Quod autem ſine ſpeciali conſeſſione pro Episcopis facta, poſſint illi Chriſmate vltiore vti, cuius vſus Religioſis Societatis indulgetur, ex eo conſtat: quia magis neceſſarius eſt reſpectu Episcoporum, quam Religioſorum: Episcopos enim eo indigent ad conſeſſionem ſubſtantialiter Sacramentum Confirmationis, alij autem ad accidentalem Baptiſmi ceremoniam: ex qua differentiã notandum diſerimen in ordine ad potestatem illud conſecrandi colligit P. Suarez ſupra ſect. 2. s. Nec decretum. Cum ergo magis neceſſarius ſit, ex conſeſſione Religioſis facta rite colligitur eandem Episcopis conuenire; quia incredibile eſt Pontifices concedentes id, quod minus neceſſarium eſt ad promouendam Indorum ſalutem, id quod eſt plus in eo genere neceſſarium denegare: vbi communis doctrina de extenſione fauorabili priuilegiorum, quãdo cauſa Religionis & pietatis agitur, apte cadit, de qua n. 211. & ſapē alias. Quando etiam dici poteſt, in rigore loquendo, Episcopos ſine priuilegio id facere poſſe: pro quo eſt Cap. Si quis de alio, de Conſecrat. diſtinct. 4. in quo ſic dicitur: Si quis de alio Chriſmate, quam de illo nouo, quod pro Episcopis largitione vel conſeſſione acceperit, baptizare (niſi præoccupante morte) tenuerit; pro temeritate auſu, ipſe in ſe ſue damnationis proſuſſe ſententiam manifeſtatur. Sic ibi ex Concilio Lugdunenſi. Iuxta quã habemus veteri Chriſmatis vſum licere pro Baptiſmo morituri, ne ſcilicet ea ceremonia deſiciat, licet accidentaliter proſuſ ſit: ergo & licet Episcopis confirmari eundem. Id eſt euident. Tunc vltra. Magis neceſſaria eſt Confirmatio generaliter loquendo, & ita etiam pro non proximis morti, quam vntio Chriſmatis pro baptizatis, in quibus non eſt cauſa grãtię, neque effectum aliquem Sacramentalem habet; cum in Confirmatione totum id habeat: ergo licet eo generaliter vti. Conſequentia oſtenditur arguendo ſicut nuper de priuilegio: quia vbi maior eſt neceſſitas, id debet conſeſſum credi, quod minori neceſſitate interueniente conceditur: magis enim licet extenſio in iure permiſis, quam in iis, quã priuilegio conceduntur; quia hoc ſolet eſſe ſtricti iuris, vt communiter Doctores dicunt.

218 Addendum dictis in hoc capite id, quod in Concilio Limenſi Act. 2. Cap. 13. circa Confirmationem habetur; ſic enim ibi: Cum Sacramentum Confirmationis accipiunt Indi, nulla

Quid circa Chriſma attendendū in Indijs.

Quomodo habere locum priuilegium poſſit, cum Chriſma aut nequeat conſeruari.

Episcopis quãdã priuilegium Societatis proſit.

Cap. Si quis de alio.

In rigore illud non eſt.

Ab Indijs dum confirmantur, nulla mixtionem ratione

De Priuilegijs circa Sanctiſſimum Eucharistię Sacramentum.

Aut ex Concilio Limenſi &c.

ratione quidquam pecunie, aut argenti, ab ijs petatur, neque vt offerant inducantur. Quin etiam qui pro inopia candelas ferre non poterunt, iſs ab Episcopis benigne conſeruantur, & Cerei, & Lintea: idem in Baptiſmo ſeruetur de Cereis, & Capitis baptiſmali. Hęc Concilium, quã rationem priuilegij videntur habere, & ideo vſum eadem adieciſſe. Et licet vnus Prouincialis Conſilij determinatione conſtituta ſint, ad omnes tamē Indorũ ſunt extendenda Prouincias, quia in omnibus eadē obligatio eſt, ſicut & obligationis ratio. Nulla ratione inducēdi Indi ad pecunie obligationem, ne venale ſe accipere quidquam arbitrentur, & ne ea de cauſa ab accipiendo Sacramento retrahantur. Quod quidē ſine exceptione accipiendũ, etiam ſi illi benē inſtructi ſint; vt ſpecies omnis auaritię, quã in ſummis Sacerdotibus eſt turpiſſima, penitus amputetur. Quod ſi ſponte offerant, generaliter non admitenda, quia ratio adducta etiam ſic vrget, & iis, qui exacte inſtructi non ſunt aliſque hoc videntibus indignum apparet, vt à pauperibus diuites accipiant, & in re adeo ſacra quęſtus iſte temporaliffimus conquiratur. Vnde non videtur rationabile, neque conſcientiã conformabile, vt Episcopos ampliorum diocęſum alijs Episcopis tenuioris fortunę administrationem Confirmationis eo reſpectu committant, vt ſcilicet inde commodum non exiguum aucupentur. Id enim quod ipſi obtinere nequeunt ſuis ſumptibus, in prædicta functione penitus verſatur, vt iuxta Concilij Tridentini mentem ſeſſione 24. Cap. 3. declarauit Cardinalium Congregatio, de quo & Titulo 15. numer. 23. neque alijs vt obtineant, & maiori cum periculo, ac ſubditorum diſpendio, vt non proprij Paſtores, permittere poteſt. Solent autem Patres Hispani pro Indijs offerre, in quo minor videtur offenſionis occaſio, quod certe in populis Indorum deberet abrogari, ne illis ſcandalo ſit, mercimonium reputantibus. Poſſet autem tam hoc quam illud tolerabile reddi, ſi quod offerretur, aut pauperibus ſtatim, aut Eccleſiã ab Episcopis traderetur, exhortatione præmiſſa, vt ſciant, ſi quid obtulerint, minimē ad Episcopos commodum pertinere, ſed Deo offerri, & pijs vſibus applicandum. Quod autem Cerei & Lintea ab Episcopis conferri debeant, ex eo conſtat, quia ad elemoſynas faciendas abſolute tenentur: ergo ad illas maxime, quã ad ſpirituale pauperum bonum ſunt neceſſarię: tales autem ſunt iſta, de quibus agimus, cum ad eum finem tendant vt Indi Sacramentum Confirmationis accipiant; quod cum ad fidem firmandam ſit, illis eſt præ alijs opportunum. Quod quidem in Baptiſmo potiùs vrgere fatiſ eſt manifeſtum ob maiorem illius neceſſitatem. Licet in illo alia videatur eſſe ratio, eo quod Baptiſmus non ſoleat ab Episcopis conferri, vnde ea, quã ad ipſum ſpectant, ad eum etiam ſpectare non videtur aſſerendum. Nihilominus Concilium ita ſtatuit, planē iudicans Episcoporum prouidentiam debere ad hoc etiam extendi. Et quidem merito: vt in eo, quod totius Chriſtianę Religionis fundamentum eſt, nihil pauperibus huiusmodi deſit, circa quos Parochorum pietas non ita prompta aliquoties ſolet recognoſci. Vnde & circa hoc peccatum mortale eſſe poteſt, & quidem multiplex, dum multorum ſalus animitus accuranda negligitur.

Quomodo ſponte oblata admittenda.

Commiſſio confirmãdi in Indijs vnde damnaſſe ali-quando.

Vnde ex accipio ſufficiatque-nt.

Genus elemoſynę obligatoria circa Cereis & Lintea.

Etiam in Baptiſmo.

Quale peccatum o-miſſo.

219 FR. Ioannes Baptiſta in Animaduersionibus pro Confessarjjs Indorum fol. 294. pag. 1. ita circa hoc ſcribit: Deinde notant Pater Norona & P. Mag. à Veracrucę, quod Paulus IV. conſeſſit nobis vt poſſimus adminiſtrare omnia Sacramenta omnibus Indijs: & quia non excipit diem Reſurrexionis, & conſeſſit vt omnibus Indijs poſſemus adminiſtrare: qui docet, ſequitur quod in noſtris locis, etiam die Dominico Reſurrexionis poſſimus omnibus Indijs dare Eucharistię Sacramentum, etiam in populis Hiſpanorum. Sic ille: qui & pro auctoritate dictę conſeſſionis videndus fol. 173. pag. 2. licet enim fuerit viux vocis oraculo, ad Cardinalis Alexandrini, qui poſtea Pontifex Pius V. instantiam impertita, ipſius tamen Cardinalis atteſtatione firmatur: & quã huiusmodi ſunt ſpeciali circumſtantiã prædita, dici poteſt non fuiſſe reuocata. Pro quo faciunt quã habet Leander à Murcia in Expoſitione Regule D. Francis, Quæſt. 20. ad Cap. 6. num. 3. & 4. vbi probat priuilegia huiusmodi Religionibus conſeſſa, non eſſe reuocata ſaltem in foro interiori. Et præcipuum fundamentum eſt priuilegia dicta fuiſſe à Pio V. Gregorio XIII. & Sixto V. confirmata generali confirmatione & innoatione, vnde iam non debent purē oracula reputari. Facit etiam pro eodem Laurentius de Peyrinis in Priuilegijs Minimorum Tomo 3. Cap. 12. Conſtitut. 18. alias 28. dum ex eodem fundamento affirmat non reuocari priuilegia viux voce conſeſſa ante Pium V. Quod ait etiam poſſe extendi ad Oracula ante Gregor. XIII. & poſſet etiam ad conſeſſa ante Sixtum V. prorogaſſe. Peyrinus ſententiam jam antę probabilem iudicauerat Leozana q. regular. Cap. 3. num. 21. quã & lequitur Thomas Hurtadus Tract. 12. num. 1171. & ſeqq. & valde probabilem cenſet P. Quintanad. in bello de Caſibus occurrentibus in Iubilis duarum hebdomadarum: quidquid dicat Tomo 1. Tractat. 9. ſingulari 3. num. 5. Iuuat etiam quod affirmat Iacobus Bordonus in Conſilijs Regularium Tomo 1. Reſolut. 31. & Tomo 2. Reſolut. 54. num. 238. ſcilicet non reuocari oracula purē fauorabilia, & per quã nullum cuiquam præiudicium generatur. Quod & videtur probare P. Pellizarius Tomo 2. Tractat. 3. Cap. 1. num. 133. dum refert, explicat, & defendit. Qui & num. 201. 131. s. Addo quod, adducit Bullam Pauli V. quã priuilegia Ordinis Prædicatorum, etiam Oraculis conſeſſa, confirmat die 23. Maij, Ann. 1605. & ſequenti confirmationem priuilegiorum Ordinis Theatinorum, ex certã ſcientiã, eorum etiam, quę per communicationē aliarum Religionũ ſunt iſtis facta cõmunia, nõ eas limitationes adiciens, quã in ſuperiori confirmatione reperiuntur, ſcilicet quatenus ſint in vſu, & non ſint reuocata, ſeu ſub aliquibus reuocationibus cõprehenſa, ac ſacris Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis non aduerſentur. Priuilegia autē viux vocis oraculo conſeſſa jam fuerunt facta bullata, & ita reuoluantur à Gregor. XV. die 16. Octobris, Ann. 1621. vnde neque reuocati-ōne

Etiã die Paſche poſſe Indi conferri Eucharistiã in Eccleſiis Regulariũ & vnde probent.

Non obſtare fuiſſe viux vocis oraculo conſeſſum, ob doctri-nam circa Oracula.

Fr. Leandrũ à Murcia.

Laurentij de Peyrin.

Lozana, & P. Quint.

Iacobi Bordon.

P. Pelliz.



tionē eiusdem circa oracula, neque Urbani successoris cententur reuocata. Et huiusmodi confirmatione Religiones alia potuntur, quia & ipsa confirmatio & innouatio priuilegium est, iuxta P. Suarium Lib. 8. de Legibus, Cap. 19. n. 8. in quo etiam beneficiū communicationis debent, qui eadem fruuntur, experiri. Id quod magis apparet certum ex confirmatione Oraculorū facta Societ. Iesv ab Urbano VIII. An. 1624. die 19. April. cuius mentionē facit Portel in Dubijs Regul. pag. 909. & 910. & Murcia supra, licet prior tom. 2. Casu vlt. sententiam retractauit circa reualidationem, de quo & Casu 13. & 34. & post hæc scripta inuenio plures sententiā ista tenentes apud Dianam Parte 11. tract. 6. resol. 43. licet ipse neget. De quo etiam Parte 10. tract. 14. resol. 24. vbi similiter negat, sed assertores adducit. In quam etiam valde inclinat P. Escobar de Mendoza Tomo 1. lib. 6. n. 195.

Aliorum plurium.

Nova vis in illo ex eo quod à Cardinali impetrati, qui postea Pontifex, cum notā da doctrina.

Urbani 8. Constitutio reuocatoria, quomodo non obstat.

Esse fauorabile, et si videatur iuri Parochorum iurisdictioni.

220 Et hæc quidem pro priuilegio, de quo loquimur, sufficientia videntur, vt eo vti Religio- si securè queant: cum tamen pro eo ratio alia maximè specialis sit, eum scilicet ipsum, qui concessione suā instantiā impetravit, cum Cardinalis erat, Pontificem postea factum, vnde testificatio ista maioris ponderis est: quia licet non sit formaliter Pontificis, reuerà Pontificis est: qui quidem cum pro eā gratiā instanter supplicasset, & impetrasset, si factus Pontifex vim illi aliquam deesse conspiceret, & opus Bullā, eam illi proculdubio, expeditis etiam Litteris, adiecisset. Est ergo virtualiter testificatio Pontificis, & in quā cum specialissima ratio subsit, non est ad communes regulas exigenda. Et licet Urbanus concessiones & gratias etiam à S. R. E. Cardinalibus obtentis, & ipsorum manu firmatas, reuocauerit, eam tamen rationem addit, quod scilicet sepè ab his, in quorum fauorem emanarunt, minus Canonice interpretatione extendi, & perperam in disciplina Ecclesiastica detrimentum executioni demandari contingat. Hoc autem præsumi nequit de Oraculis ad instantiam Cardinalium impetratis, quæ ipsi suā auctoritate firmarunt, & facti Pontifices rata esse voluerunt: quandoquidem de concessione dubitari nequit: & quidquid aliunde periculi esse posset ex interpretatione, satis superque penetrarunt, & ita de eorum nequit firmitate dubitari. Hoc certè verosimile apparet, quidquid Urbanus de suismet ipsius voluerit Oraculis: & licet ex hac ratione integra haberi firmitas priuilegij nequeat, iuncta tamen adductis alijs potest nouum robur eidem conciliare, vt ad vsum possit adscisci, iuxta dicta.

221 Neque obstat priuilegium dictum non videri vndequaque fauorabile, cum sit in tertij præiudicium, iuris videlicet Parochorum: iam enim vidimus Cap. 1. & 2. fauorabilia esse Indorum priuilegia: & quod ad casum attinet, in quo sumus, de Communione Paschali, id est certius, quia Parochi circa hoc non sunt inuicti, vt experientia constat, & generaliter de eorum Communionibus non multum solliciti sunt, parum easdem approbantes, licet aliqui erga illud sollicitiores inueniantur, qui tamen minimè vlti prædicto reluctantur. Pro quo faciunt quæ habet Diana Parte 11. Tractat. 7. Resolut. 28. §. Nota tamen: scilicet ex probabili spe quod Parochus gratum habeat, Communionem Paschalem posse

conferri. Licet ergo dicamus de iure non esse priuilegium fauorabile, est tamen de facto: & ita etiam sine priuilegij notitiā multi circa Indos & Æthiopes sine scrupuli alicuius interpellatione procedunt. Quod si quis contendat esse adhuc dubiam huiusmodi extensionem, quia priuilegium dictum purum Oraculum est, ad alias potest concessiones recursum haberi, quarum Bullæ extant, & ante alias celebris illa Adriani VI. Cum enim priuilegium Pauli IV. Communionem Paschalem in speciali non continet, sed illius concessio ex generalitate circa Sacramentorum administrationem colligatur: ex generalitate item in Bullâ Adriani reperta potest similiter colligi. Et hoc, quidquid sit de priuilegio illo Monasterij de Guadalupe circa Paschalem Communionem, ex quo multi scriptores contendunt, eam Religiosis priuilegium communicationis habentibus posse competere: quod post alios docet P. Bauny Tomo 1. Tractat. 5. Quest. 15. Croulers in Cap. 7. Regule Minorum, Sect. 7. num. 539. Bassaus. Verb. Communio sacra, num. 10. tamquam valde probabile, & alij apud Dianam Parte 11. Tractat. 7. Resolut. 4. Addit autem P. Bauny §. De occasione, talis priuilegij vsum non expedire, ob vitandas vtique cum Ordinariis controuersias. Vbi ergo illa non timentur, talis vsum erit expediens. Quidquid inquam de priuilegio illo sit, circa quod non leuis est difficultas, & quia Urbanus VIII. priuilegia omnia circa hoc, etiam Societati concessa reuocauit.

Ex Bullâ Adriani VI. idem deduci.

Sicut iuxta aliquos ex priuilegio de Guadalupe.

Declaratio Innocentij X. pro eod.

222 Sed quia post Urbanum declaratio alia prodijt post grauem in Galliâ inter Ordinarios & Religiosos concertationem, melius in eâ potest facultas dicta fundari. Extat illa apud P. Martinon Tomo 5. Dissert. 53. num. 84. eandemque adducit Diana Parte 9. Tractat. 9. Resolut. 27. & in illâ Pontifex Decretum Congregationis Cardinalium comprobans circa causâ decisionem, quæ circa audiendas Confessiones Paschalis temporis præcipuè fuerat agitata, ita subdit: Post maturam discussionem censuit Archiepiscopum Burdigalensem non posse prohibere Regularibus habentibus priuilegia Apostolica, vt à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis inclusiue administrare non valeant personis secularibus Sacramentum Confessionis: posse tamen eisdem prohibere, vt personis secularibus in die Paschalis non administrarent Eucharistiæ Sacramentum, etsi dicta persona seculares in aliâ die satisfecerint præcepto Ecclesie hac de re edito, &c. Ex quibus apparet solam Communionem diei Paschalis, primi inquam, non licere, si ab Episcopis prohibeatur. Dum ergo in speciali prohibita non inuenitur, omnino licet. Quod autem respectu Indorum prohibita non sit, perspicuè liquet. Quod si prohibeant, Apostoli monitum penitus hauriendum 2. Timoth. 2. vers. 14. dicentis: Seruum autem Domini non oportet litigare. Videatur P. Pellizarius Tomo 2. Tractat. 8. Cap. 3. num. 295. aliorum dicendi modos adducens, probanque cum aliquibus praxim, quæ sit à litibus aliena, & Ordinariorum vitæ offensiones, quandoquidem hoc stare saluo iure Religionum potest, quæ si in aliquo se læsas deprehenderint, habent Pastorem summum, à quo possit illarum iniuste grauamen emendari de quo alijs in Cap. Pastoralis, de appellat. Circa Indos autem pauca lites, nisi cum

Circa praxim quid commo- dius.

de eorum operis ad temporalia lucra applicandis agit: ad omnia enim iudicantur apti, qui ad Communionem sacram solam inepti & incapaces iudicantur: vt videantur iuxta istos à generali illo edicto summi legislatoris exclusi: Nisi manducaueritis carnē Filij hominis & biberitis eius sanguinē, non habebitis vitam in vobis. Ioan. 6. v. 54.

In illo sine Communionem posse lucrari tribula ex concessione Pij IV.

Sicut & sine elemosyna.

223 Priuilegium aliud à Pio Quarto concessum adducit Fr. Emmanuel Tomo 2. q. 1. regul. quest. 100. artic. 6. ad Eucharistiam spectans, & circa quod conueniens videtur expositio desiderari. Concedit ergo omnibus vtriusque sexus fidelibus Indis Occidentalium Indiârum ad supplementationem Philippi Secundi, vt cum Indulgentiæ plenariæ aut aliæ publicantur, pro quibus ieiunium, Confessio, & Communionis debent præcedere, si ante tempus ad Indulgentiarum consecutionem statutum peccata sua commode confiteri nequiverint, dummodo corde contriti sint, ac cum primam Presbyteri copiam, confitendique opportunitatem nauiscentur &c. Et inferius. Facta debita quoad ieiunium diligentia. Cum ergo Communionis obligatio nulla inueniatur iniuncta, ad illam non videntur adigendi. Et vtgerere possumus ex eo quod de elemosyna nuper diximus: illius enim obligationem non esse probauimus, quia mentio illius nulla habetur. Si dicas statim addi verba illa: consequi valeant in omnibus & per omnia, perinde acsi Confessionis, & sacre Communionis Sacramenta susceperint. Vbi videtur supponi obligatio Communionis, si illius opportunitas præcessisset. Responderi potest obligationem non supponi, sed effectum eundem quoad consecutionem Indulgentiarum, acsi Confessionis & Communionis Sacramenta susceperint. Et quidem vt obligatio talis Indis iniecta non fuerit, communis persuasio in causa esse potuit de illorum incapacitate: vel quia nouiter Christiani minoribus ad lucrandas Indulgentias oneribus videntur afficiendi. Licet autem reuerà plures ex illis capaces sint, non ideo addenda obligatio, quam Pontifex non expressit, cum videamus aliquando Indulgentias plenarias concedi sine Communionis obligatione immo & id frequentius. Pro quo satis obuium est exemplum in Iubilæo Portuicula. In Ecclesia etiam Hospitali Diæ Annæ Ciuitatis huius Regiæ: idem videmus in præclaro Iubilæo; quo nefcio an maius aliud toto sit Orbe Christiano.

sumptu fundam.

Concessio nis ratio.

Vnicum in illa fundam. Assertionis.

F. Ioannes Baptista.

nium, quando Iubilæum celebrius occurrit. Quod probatur ex tenore cõcessionis: cum enim Confessionis, Communionis, & ieiunij mentio fiat verbis illis: & cum conditione quod ieiunium, & Confessio, & sacra Communionis præcedere debeant: statim solius ieiunij & Confessionis mentio inducitur per verba illa: si ante tempus ad Indulgentiarum consecutionem statutum peccata sua commode confiteri nequiverint, dummodo corde contriti sint, ac cum primam Presbyteri copiam, confitendique opportunitatem nauiscentur &c. Et inferius. Facta debita quoad ieiunium diligentia. Cum ergo Communionis obligatio nulla inueniatur iniuncta, ad illam non videntur adigendi. Et vtgerere possumus ex eo quod de elemosyna nuper diximus: illius enim obligationem non esse probauimus, quia mentio illius nulla habetur. Si dicas statim addi verba illa: consequi valeant in omnibus & per omnia, perinde acsi Confessionis, & sacre Communionis Sacramenta susceperint. Vbi videtur supponi obligatio Communionis, si illius opportunitas præcessisset. Responderi potest obligationem non supponi, sed effectum eundem quoad consecutionem Indulgentiarum, acsi Confessionis & Communionis Sacramenta susceperint. Et quidem vt obligatio talis Indis iniecta non fuerit, communis persuasio in causa esse potuit de illorum incapacitate: vel quia nouiter Christiani minoribus ad lucrandas Indulgentias oneribus videntur afficiendi. Licet autem reuerà plures ex illis capaces sint, non ideo addenda obligatio, quam Pontifex non expressit, cum videamus aliquando Indulgentias plenarias concedi sine Communionis obligatione immo & id frequentius. Pro quo satis obuium est exemplum in Iubilæo Portuicula. In Ecclesia etiam Hospitali Diæ Annæ Ciuitatis huius Regiæ: idem videmus in præclaro Iubilæo; quo nefcio an maius aliud toto sit Orbe Christiano.

225 Et hoc modo fundari verosimiliter potest positio proposita, circa quam adiuui iam pridem indubios assertores: cum tamen eorum fundamentum ad hoc diuersum non deprehenderim pro antiquioribus illis temporibus. Et ita Fr. Ioannes Baptista in Animaduersionibus citatis, Assertionem dictam sine vllâ restrictione proponit de priuilegijs locutus à Pio Quarto concessis fol. 365. pag. 2. vbi sic ait: *Alí mismo concesso muchos cosas en fauor de estos Indios nueuamente conuertidos, como es que oyan Misa en tiempo de Entradicho, y que en tiempo de Iubilæo se ganen aun que no comulguen, y sino se pudieren confesar en el tiempo Señalado, como proponzan confesar se dentro de un mes; y otras cosas semejantes, que son argumento de la voluntad que la Silla Apostolica siempre tiene de fauorecer à los nueuamente conuertidos, y à sus Ministros.* Sic ille ad prædictam concessione alludens, & generaliter statuens Indos pro lucrands Iubilæis ad Communionem non teneri: & statim ad casum specialem descendens, cum Confessarij copia deest, vt ea quasi omphio diuersa constituat. Est ergo illud verosimile, quamvis curandum semper sit vt Indi sacra se Communionem reficiant, vt frequentius faciunt, ad sacram mentem corditus aduolantes. Est autem pro eodem recentior & apertior Pauli V. concessio, vt videri potest apud Dom. Solorzanum Tomo 2. Lib. 1.

Concessio alia Pauli V. sed non omnimoda.

Positio de non necessitate Eucharistiæ.